

XXVI. Secunda vero pars, nempe, quod postea errorem retraxerit, constat, tum ex dicto S. Athanasii mox laudato, qui proinde, eo jam desuncto, semper honorifice, ut de viro Sancto loquitur, quod certe non faceret, si eum in haeresei mortuum crederet. Tum etiam ex facto comprobatur: cum enim Osius formulam Sirmienis vi ac metu adactis confenserit, statim credibile fit, quod libertati restitutus, consensum praestitum egerit.

XXVII. Neque refert, quod Faustinus, & Marcellus in libello, quem Theodosio Imperatori porrexerunt, asserant, Gregorium Illiberitatum Episcopum noluisse cum Oσιο ab exilio reverente communicare, & Osiū ob id Gregorii depositionem tentasse; at tentantem, cum vellet exequi, capite & ore distortis, in terram e fede sua (Deo vindice) dejectum, atque elisum, repente occubuisse. Cui narrationi suffragatur S. Ildorus Hispanensis lib. de viris illustribus cap. 14.

Non inquam refert. Nam nec Faustinus, & Marcellinus testes sunt, qui fidem mereantur. Tum quia Presbyteri Luciferiani erant, summoque odio accensi in Osiū, alioque Episcopos, qui in Constantiani persecutione lapsi erant, adeo ut cum ipsis communione inire noluerint, & maluerint ab Ecclesia nefario schismate dividi, quam cum eis reconciliavit. Tum quia libellus Theodosio ab illis oblati conspiciat referat. Tum quia libellus Theodosio ab illis oblati conspiciat referat. Tum quia libellus Theodosio ab illis oblati conspiciat referat.

Cum ergo S. Athanasius, ut vidimus, Osiū retractationem testatur, plus illi credendum est, quam viris Schismaticis: eo vel maxime, quod Osiū infelicem obitum, qui verus fuisse, S. Athanasius non siluisset: cum hoc leve non argumentum contra Arianos et subministrasset.

Libet autem ille de Viris Illustribus S. Ildori Hispanensis foetus non est; ejus enim non meminit S. Ildorus, qui in libro de Viris Illustribus omnia ejus opera recenset. Ex lacunis ergo Luciferianis extrahitur est cum sua fabula liber ille. XXIX. Dico secundo. Liberius Pont. Roman. non subscripsit formulam Sirmienis, sed primam. Probatur primo. Formula, cui subscripsit Liberius, quamque ad ipsum detulit Demophilus (teste S. Hilario fragmento 6.) fuit conscripta a Narciso, Theodoro, Basilio, & Eudoxio, Demophilo, Deopropio, Silvano, Ursulo, Valente, Evagrio, Gyrenio, Exuperantio, Terentiano, Ballo, Gaudencio, Macedonio, Martino, Actico, Julio, Surino, Simplicio, & Junio; qui numero 22. sunt: atque iidem S. Hilario, lib. de Synodis num. 11. secunda Sirmienis formula edita anno 377. quam ipse vocat exemplum schismatis apud Sirmiam, fuit conscripta a follis quaque, nimirum Osiū, & Potamio, Valente, Ursulo, & Germanio; ergo formula, cui subscripsit Liberius, non fuit secunda, quae a patris edita fuit, sed prima edita in plena Synodo anno 371. Accedit, quod inter supra numeratos auctores formulae a Liberio acceptatae, non recensentur nec Germanius, nec Osius, nec Potamius, qui tamen a S. Hilario inter auctores secundae formulae recensentur.

XXX. Secundo probatur. Liberius statim ac formulam subscripsit, litteras ad eos datis, certiores fecit Orientales, dicens: Eilem vestram, & Catholicam . . . qua Sirmia a pluribus Fratribus, & Coepiscopis nostris tractata, expressa, & suscepta est . . . libens animo suscepi: at si suscipisset secundam formulam: apud Orientales dicere non potuisset suscepi fidem vestram; nam secunda a follis Occidentalibus, Ursulo, Valente, Germanio, Potamio, & Osiū exposita est, ut dixi, ac proinde non poterat Orientalibus dici fidem vestram. Multo minus illis poterat dici Catholicam, quae vix Sirmiam egressa est, cum eam omnes Orientales, etiam Semi-Ariani advertebant: unde in Synodo ipsorum Ancyranā, anno 378. octodecim anathematizantes et sane contrarios edixerunt, ex quibus duodecim S. Hilarius lib. de Synodis recenset, quos ad Constantium Sirmium tunc morantem transmiserunt, qui propterea secundam Sirmiensem formulam solemniter edicto reprobarunt: ac ea occasione Marcus Arethius, qui cum aliquot Episcopis tunc erat in comitatu, tertiam illam formulam Sirmiensem didicit, quam superius indicimus. Minus etiam dicere poterat Liberius, fidem, quem susceperat fuisse Sirmii expositam a pluribus Fratribus, & Coepiscopis, cum, ut superius observatum est, secunda formula a follis quaque fuerit exarata, inter quos, cum non fuisset Demophilus; neque dicere potuisset, eam sibi fuisse oblatam a Demophilo.

XXXI. Tertio. Hucusque dicta confirmat Sozomenus lib. 4. hist. cap. 14. ubi factum hoc narrans ait, quod cum Constantium Liberium Berza ad se accessisset, cepit eum compellere, ut Filium Patri non esse consubstantialem profiteretur. Inhabant, & imperatorem ad hoc impellabant, Basilus, Eustathius . . . Qui cum ea, quae contra Paulum Simocastensem, & contra Phozinum Episcopum Sirmii decreta fuerant, ac propterea fidei formulam in dedicatione Antiochenis Basilicis editam in unum tunc Elbellum consenserunt . . . effectum, ut Liberius, & Athanasius: &c. et formula consenserunt . . . Sed & confessionem a Liberio visissem susceperunt, qua ait, qui Filium secundum substantiam, & per omnia Patri similem non esse asserentes, alienos ab Ecclesia pronuntiat. Deinde subdit, quod hinc confectis Imperator Romano venerunt perferant Liberii concessit. Ex his dico sic. Liberius, Constantius, & Semi-Ariani impellentibus, eam formulam Sirmii approbavit, cui Berza sibi a Demophilo oblata subscripsit: nec enim credibile est oppositum, cum Constantium Liberium Sirmium ad se accessisset, ut eam, quam Berza susceperat fidem, coram confirmaret: atque fides, quam Sirmii confirmavit, & ob quam Romano remissus fuit, non fuit contenta in secunda Sirmienis formula; sed in prima: fuit enim illa, quae edita fuerat anno 371. contra Photinum, & an. 341. in Synodo Antiochena; in

quibus, & si nihil fit de consubstantialitate Filii, asseritur tamen similis Patri per omnia. Rufus, fides, quam Liberius probavit Sirmii, anathema dicit ei, qui Filium secundum substantiam per omnia Patri similem non assereret, quod est directe secunda formula Sirmienis contrarium; ergo evidens est, formulam, cui Liberius subscripsit, & quam Sirmii Liberius probavit, non fuisse Sirmiensem secundam, sed primam.

XXXII. Sed dices primo. Illi formulam Liberius subscripsit, quae sperabat, se ab exilio revocandam, ac fuae Sedi restituentem fore, sicut de facto fuit revocatus, & restitutus: atque hoc sperare non poterat, nisi subscriberet secundae formulae, quae sentum Ariamum exprimebat; ergo &c.

Retorqueo instantiam. Ubi Liberius Berza exul formulam fidei subscripsit a Demophilo sibi oblatam, non est propterea ab exilio revocatus: sed oportuit, ut suis litteris rogaret Orientales, & Occidentales, ad hoc, ut ei apud Imperatorem reditum ad suam Ecclesiam intercederent: quae leguntur apud Div. Hilari. in fragmento 6. & iterum oportuit, ut Sirmii coram Imperatore se filteret; & iterum confessionem fidei repeteret, ut ex Sozomeneo vidimus, atque si secundam formulam Sirmiensem plane Ariamum probasset, haec omnia statim confectus fuisset: nihil enim amplius erat Constantio, & Ariano a Liberio expectandum; ergo non subscripsit secundae formulae Sirmienis Liberius.

XXXIII. Respondet igitur, negando min. neque enim Constantius, neque Semi-Ariani, quibus impense favebat, a Liberio expectabant, ut secundam Sirmienis formulam neganti quae homousion ac homousion, & propterea errorem Anomozorum continenti subscriberet: vix enim edita, & Orientalibus audita formula illa, eis cepit displicere; adeo ut (referente Socrato lib. 2. hist. cap. 30.) Imperialis edicto quotquot reperiri poterunt ejus exemplaria recepta fuerint, ac suppressa. Solum ergo, & Constantius, & Semi-Ariani a Liberio extorque conabantur, ut homousion ac cum Athanasio communioni penitenteret: unde cum utrumque obtinisset, primae formulae subscriptione, & aperta Athanasii damnatione, Liberium dimiserunt.

XXXIV. Dices secundo. Formulam, cui subscripsit Liberius, libro fragmentorum vocat S. Hilarius perfidiam Ariamum; & ob eandem, ei anathema dicit Hilarius: Anathema (inquit) tibi a me dictum, Liberius, & scitis cuius. Iterum tibi anathema, & tertio pravaeior Liberius. Atqui S. Hilarius, nec vocat perfidiam Ariamum, nec anathema dixisset Liberio, si primae formulae Sirmienis subscripsisset, hanc enim lib. de Synodis tantquam Catholicam admittit & exponit; ergo &c.

XXXV. Respondet primo, non esse inverisimile, verba illa, quibus Liberius ad Orientales Epistolam apud Hilarium intercepti, & quadam prehensi ab aliis fecerunt, non esse revera S. Hilarii, sed irreperita. Cum enim Liberius vix ab Ariano elapsus, ac libertati restitutus, pristinae ignavia labem delevisset, suaeque constantiae in tuenda Nicena fidei tibi Orbis testimonium dederit; maxime adversus Ariminense conciliabulum, quod nullis artibus adduci poterit, ut confirmaret, ut testatur Damasus in Epistola ad Ilyrici Episcopos apud Theodoretum lib. 2. hist. cap. 22. nimirum iniquis videretur in Liberium S. Hilarius, si ipsi anathema velut Apostata, & pravaeioris dixisset in libro fragmentorum; quem post Ariminense Concilium scripsit.

Hanc suspensionem magis firmo: qui in eodem fragmentorum libro, fragmento 4. asseritur quadam Epistola Liberio nomine ad Orientales data ante exilium, in qua scribit, se communionem suam privasse S. Athanasium; quam Epistolam S. Hilarius ornat hoc elogio: Quia in his litteris non satisfecit, quia non ex metu Dei movens est. Certum autem est, Liberium ante exilium Athanasium non damnasse; immo quia Athanasium damnare noluit, fuisse ex parte exilii sui causam. Certum quoque illud elogium Hilarii non esse. Sicut ergo credibile est, Epistolam illam ab Ariano confictam, & elogium Epistolae plaudens; ita credibile est, verba illa Hilarii dicentis Anathema Liberio, non esse Hilarii, sed in librum fragmentorum intrusa.

XXXVI. Respondet secundo, negando min. cum enim S. Hilarius fidei Nicenae adeo adhereret, ut omnem aliam Orientalium fidem postea editam reprobarat, inde lib. contra Constantium: Quisquis (inquit) apud te praeferat fidem unam est, perfidiam, non fides est; consequens est, eum, etiam primam Sirmiensem formulam, quae praeter Nicenam erat, perfidiam vocare potuisse. Elio autem eam laudaverit, ut ab Ariano conditam, potuit tamen eam carere, ac reprehendere ut a Liberio firmatam. Etenim fides illi digni fuit laude, qui a malo ad bonum sensum accedunt; ita qui a bono deficiunt, merito vituperandi sunt. Porro Orientalibus, qui Filium ex nihilo, & intra tempus existitisse prius asserbant, postea a Sirmienis fidei Apcyrianis decreta illustrata, eundem ante tempus, & ex Dei substantia proditisse, confiteri, ad veram fidem proficere, & quodammodo Catholicos evadere fuit, ac proinde laude dignum. E contra Liberio, qui Sirmienis fidei confessione, etiam errorem non profiteretur, Sanctam tamen consubstantialis fidem suppressit; a vera fide defecere quodammodo fuit, & haereticis perditae adulando, a vera fide praevicere videri poterat; eo vel maxime, quia cum Sirmienis fidei confessione Athanasii damnationem conjungebat, quibus causa cum fidei causa tunc temporis conexa esse videbatur: & eo magis, quia post susceperat fidem, cuius Auctores haeretici erant, cum eis communionem aperte profiteretur. Qui autem cum haereticis communicat, & credendi legem ab ipsis pravo sensu condidit, licet sano intellectu suscipit, Catholicus quidem fide, & interiori conscientia esse potest; suspitione tamen

tamen & rumore publico, & haereticis haberi potest: & in hoc sensu loquebatur Hilarius.

In hoc sensu quoque locutus est S. Hieronymus, dum de viris illustribus cap. 97. de Fortuniano Aquilejensi haec scribit: In hoc habere ad stabilitatem, quod Liberium Romano Urbis Episcopum pro fide ad exitum pergentem primus sollicitavit ac fregit, & ad subscriptionem haereticos compulsi. Et in Chronico: Liberius (inquit) radio victus exilii in haereticam pravaeiorum subscripsit, Romam quasi victor intravit. Haereticis enim subscripsit fidei Liberium, non quia formulam in fide haereticam continenti subscripsit; sed quia formulam ab haereticis editam, haereticis instigantibus subscripsit, & cum eis Athanasio damnato, pro causa fidei stare videbatur, cum haereticis palam communicabat: quo peccavit peccato scandalii, maxime cum esset supremus Pastor, atque in eum omnium oculi essent intenti.

XXXVII. Non esse autem mirandum, si S. Hilarius, Hieronymus, & alii Liberium, ut anathema, ut Apostatam, ut pravaeiorum, & haereticum (quamvis revera non fuerit) damnaverint; eo tempore, quo omnia confusione, omnia suspitione plena erant, testatur idem S. Hilarius in libello, quem obtulit Imperatori Constantio, dicens: Confitei nobis invicem sumus, post Nicenam concilium Synodum nihil aliud, quam fidem scripsi. Dum in verbis pugna est, dum de veritate disputatio est, dum de ambiguis actibus est, dum de auctoribus querela est, dum de studiis certamen est, dum in consensu difficultas est, dum alter alteri anathema esse capit: prope jam nemo Christi est. Incerere enim doctrinam veram vagantur: & aut dum decem, perverbamur, aut dum decemur, erramus. Jam vero proximi anni fides, quid jam de immutatione in se habet? Primum quo homines decernit errari: sequens sursum, quo hominibus decernit, & praedicat: verum decernit, quae Usam similiter a Patribus praesumptam per indulgentiam excusat: postremam quarum, quae non excusat, sed condemnat. Et quo tandem processum est, ut neque per nos, neque per nos quomquam ante nos, Sanctum exinde aliquid, atque inevitabile perleveret. Et Et interius: Annus, atque mensura: de Deo fides decernimus, deceretis ponentes defendimus, defensores anathematizamus aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes invicem, jam assumpti sumus ab invicem. Fides deinde quaritur: quasi fides nulla sit. Fides scribenda est: quasi in corde non sit. His, aliique legendum Ecclesiae sui temporis statum Constantio exponere Hilarius, anno 360. in libello ipsi oblato, dum Constantiopolim veraretur, ut extremum imminens fidei periculum averteret. Quod ergo mirum iterum dicam, si in tanta exundanti Ecclesiae tempestate, Liberius quoque nota haereticus, quam revera non sublerat, a pluribus inureretur.

DUBIUM IV.

De Divinitate Spiritus Sancti.

§. I.

Haereticis Macedonianis.

I. Dimissis Arianis, contra quos multum quidem, non tamen plus aequo, hactenus contentidimus, transivimus ad Macedonianos. Quamvis enim ex Arii principis sequeretur Spiritum Sanctum, sicut & Filium, non esse Deum; cum tamen id Arius aperte non proleulerit; nec Alexandrina Synodus, nec Nicena prima, in quibus solemniter damnatus est, hujus haereseos meminerit. Quod tamen aperte Arius non docuerat, palam deinceps afferuerunt ejus discipuli. Primo Aetius, & illius Auditor Eunomius, de quibus S. Augustinus lib. de haeres. cap. 54. Aetianus (inquit) ab Aetio sunt vocati, idemque Eunomiani ab Eunomio Aetii discipulo, uno nomine magis innovaverunt: Eunomius quippe in Dialoica pravaeioris, acutus, & celebris defensus hanc haereseos, dissimilem per omnia Patri asserens Filium, & Filio Spiritum Sanctum. Id quoque Ariani omnes, & etiam Semi-Ariani, qui Filium, similis quidem substantiam, non tamen ejusdem, asserbant, aperte tuebantur.

II. Qui vero hunc errorem aperte vulgavit, ac fecit sumum, fuit Macedonius Ariamatum partium seclator, & Confilio Tyrio Ariamatorum anno 335. contra S. Athanasium congregato, ad Constantianum Imperatorem Legatus. Is a Sede Constantiopolitana Paulo viro catholico derurbato, ab Ariano in ejus locum intrusus fuit, Ariano Antistiti, Ariano Imperatore Constantio favente. Sed cum ausus fuisset, eo insulto, & magna populi multitudine reluctante, Cadaver Constantini ex Apostolorum Basilica in aliam transferre, ob quod seditione facta, multa caedes secute fuerunt: indignatus Imperator Constantius, eum in Conciliabulo Constantiopolitano deponi jussit anno 339. ut referat Socrates lib. 1. hist. cap. 30. & 33. et suffecit Eudoxio Antiocheno, viro similitur Ariano.

III. Statim ac Episcopatu abdicatus fuit Macedonius, novam haereseos spargere coepit: nimirum, Spiritum Sanctum non esse cum Patre, & Filio honoris partem sed utriusque esse ministrum, & creaturam. Hinc hujus haereticos ad Gregorii Pneumatomachi, id est Spiritus Sancti impugnatore, adpellati sunt. Contigit hoc circa anno 360. Haereticus tamen haec, vix nata, damnata primo fuit in Synodo Alexandrina, post reditum S. Athanasii celebrata anno 362. Deinde in Synodo Ilyrici anno 367. Tertio in Synodo Romana sub Damaso paulo post convocata. Quarto in altera Synodo Romana sub eodem Damaso: de quibus Theodoretus lib. 2. hist. cap. 22. & lib. 5. cap. 11. Tandem in Synodo Oecumenica secunda, quae fuit Constantiopolitana prima anno 381. Damasi

Pontif. XV. Imperantibus Valentiniano, ac Theodosio Magno, & Gratiano Kalendis Maji. Nedom autem Concilia Macedonico, ejusque errori anathema dixerunt, sed & Patres illius seculi adversus ipsam calumiam strinxerunt. Primo Invidius Trinitatis assertor S. Athanasius episc. ad Serapionem. Deinde S. Epiphanius haereti 74. Tertio S. Basilus lib. ad Amphilochem Iconii Episcopum. Scripsit quoque S. Gregorius Nyllenus lib. de SS. Trinitate, & contra adversarios Spiritus Sancti ad Eustachium. Sanctus denique Ambrosius tribus libris de Spiritu Sancto Gratiano Auguino nuncupatis.

IV. Elio autem Macedonius, utpote primo Arianus, male fenserit de Divinitate, nedum Spiritus Sancti, sed etiam Filii; Macedoniani tamen (saltem non omnes) de Filii Divinitate male non fenserant. Ita S. Augustinus libro de haereticis cap. 52. ubi ait: Macedoniani sunt a Macedonio, quos Pneumatomachos Graeci dicunt; eo quod de Spiritu Sancto illigeni. Nam de Patre, & Filio velle sentiunt, quod unius sint, ejusdemque substantia, vel essentia: sed de Spiritu Sancto hoc nolunt credere, creaturam eum esse dicentes. Hoc potius quam Semi-Arianos vocant, quod in hac questione ex parte cum illis sint, ex parte nobis sumus. Unde lib. 2. contra Maximinum cap. 23. Arianos sic coarguit: Quapropter si Macedoniam haereticis essetis, qui de solo Spiritu Sancto Catholica Fidei constantia detrahitis, Patrem illum Filium, & eguales esse, atque unius ejusdemque substantia, nec tamen duos Dominos Deos, sed ambo unum Dominum Deum esse consentiens. Si ergo eo velle saltem haereticis errare, non utique hinc Divinitas recedat urgeremini. Patrem quippe, & Filium assereritis unum Dominum Deum dixisse, non estis praeter me. Ita Sanctus Augustinus. Catholicam ergo veritatem etiam de Spiritu Sancto contra istos statuamus.

§. II.

Spiritus Sancti Divinitas ex Scripturis.

V. Dico. Spiritum Sanctum verum Deum esse Scripturae testatur. Probatur: Scriptura Spiritui Sancto tribuit absolute nomen Dei, & insuper ea, quae solius Dei propria sunt; ergo &c.

Antecedens pro prima parte probatur. Spiritus Sanctus dicitur Deus Act. 5. vers. 3. & 4. ubi S. Petrus increpans Ananiam, eo quod mentitus esset Spiritui Sancto, rationem reddit dicens: Non es mentitus hominibus, sed Deo! Hoc textu ad probandum Spiritum Sanctum esse Deum utuntur Basilus lib. 5. contra Eunom. Et lib. de Spiritu Sancto cap. 16. Nazianzenus orat. 37. S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 4. Et lib. 3. cap. 10. Et alii. Unde S. Aug. lib. 2. contra Maximinum. cap. 21. ait post relata verba: Atque ostendit Deum esse Spiritum Sanctum, non ex inquit, hominibus mentitus, sed Deo.

VI. Rufus: Dominus Deus exercituum, qui Isaiæ 6. v. 9. dicitur locutus: Audite audientes, & nescio intelligere; accipitur a Paulo (Act. 28. v. 25. 26.) pro Spiritu Sancto: Quia haec Spiritus Sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad Patres nostros dicens: Vade ad Populum istum, & dic ad eos: Auro audieris, & non intelligeris. Idem ergo est ad Paulum Dominus Deus exercituum, ac Spiritus Sanctus. Videatur Sanctus Gregorius Nyllenus lib. 1. contra Eunom. Sanctus Basilus lib. 5. contra eundem ubi considerans, quod eadem verba, quae locutus est Dominus Deus exercituum, ab Isaiā applicatur Patri; et Joanne Evangelista cap. 12. vers. 40. Filio, a Paulo vero Spiritui Sancto, pulcherrime, ait: Prophecia inducit Patri, in quem Judaei credebant, Personam: Evangelista, Filii: Paulus, Spiritus, illum ipsum qui visus fuerat, unum Dominum Sabaei communiter nominantes. Sermonem quem de hypostasi infundunt, distinxere, indistincta manente in eis de uno Deo sententia.

VII. Tertio. Idem Apollolus 1. Corinth. 12. percensens Spiritum Sancti dona, ea promittens Deo, ac Spiritui Sancto velut Auctori tribuit: distinxit vero (inquit v. 4.) gratiarum suarum, idem autem Spiritus. Et vers. 6. divisione operationum suarum, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Quibus sigillatim commemoratis, ita concludit vers. 11. Haec autem omnia operatur unus, atque idem Spiritus, divinitus singulari, pro ut vult. Docens (ait D. Athanas. lib. de Trinitate & Spiritu Sancto) operationem Dei esse Spiritum Sancti. Et lib. de incarnatione, & contra Arianos ait: & Postquam dixit, Patrem operari omnia in omnibus, paucis interjectis, ait Spiritum Sanctum operari omnia in omnibus. Videri potest idem S. Doct. Epist. 1. ad Serapionem: ubi allato etiam Pauli dicto 2. Cor. 13. v. 13. Gratia Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis, subdit: Ex his igitur una Trinitatis essentia esse ostenditur. Nec enim diversa, & divisa dari a singulari significat Apostolus, sed ea, quae dantur, in Trinitate dari, omniaque ex uno Deo esse &c.

VIII. Quarto. Hoc probant Christi Verba Joann. 15. vers. 26. vocantis Spiritum Sanctum spiritum Veritatis, qui a Patre procedit. Sicut ergo Macedoniani Filium Deum esse non negabant, ejusdemque naturae cum Patre fatebantur; quia ex Deo procedit; cur etiam ejusdem substantiam non erit cum Patre Spiritus veritatis, qui a Patre procedit? Si Verbum Dei Deus est, cur Spiritus Dei Deus non est? Sicut creatura dici non potest sapientia, quae ex ore Dei procedit, nec Verbum, quod unctur ex corde. . . ita etiam creatur non potest Spiritus estimari, qui ex ore Dei procedit. Ita S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. & Palschallus lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 12. notat, Christum non dixisse: Qui a Patre creatus est; sed a Patre procedit, id est de paternae locutionis potentia, & de proprietate naturae.

IX. Secunda vera pars antecedens, quod Spiritui Sancto conveniant ea, quae solius Dei sunt propria, probatur primo. Quia Templum habere solius Dei est: ad Spiritum Sanctum habet templum; nam 1. Cor. 3. v. 16. fideles Templum Spiritus Sancti dicuntur: *ne scitis, quia Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitet in vobis?* Et subinde: cap. 6. v. 19. *An nescitis quoniam membra vestra Templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est?* Ex quibus S. Athanasius Epist. 1. ad Serapionem sic arguit: *sed si Spiritus Sanctus res creata esset; nulla sane Dei communicatio nobis in ipso esset, sed rei creatae conjungeretur; ergo si dum Spiritus Sanctus habitat in vobis, Templum non Spiritus Sancti, sed Dei dicimus; & cum Deo conjungimur, idem est Spiritui Sancto conjungi Deo, esseque Templum, in quo habitat Deus.*

Sanctus autem Aug. (Collatione cum Maximin. Ariano, circa medium) observans, nos dici a Paulo Templum, non solum Deo, sed etiam Spiritui Sancti, ait: *Si Deus Spiritus Sanctus non esset, Templum utique non ipse non haberet. . . . Nonne si Templum alicuius Sancto Angelo excellentissimo de lignis, & lapidibus faceremus, anathematizarem a veritate Christi, & ab Ecclesia Dei, quoniam creatura exhiberemus eam servitorem, qui nisi tantum debeat Deo? Si ergo Sanctitas officium faciendo Templum tantum facimus, quomodo non est Deus verus, cui non Templum facimus, sed non ipsi Templum sumus?*

X. Secundo probatur eadem fecunda pars ex eodem Paulo 1. ad Cor. 3. v. 10. & 11. *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Qui enim hominum scit, quae sunt hominibus, nisi Spiritus hominum, qui in ipsis est? Ita & quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.* Ex quibus Patres colligunt, Spiritum Sanctum esse Deum, & ejusdem cum eo substantiae, hoc discuntur, Dei arcanam cognoscere, & profunda scrutari, creata res nulla potest, saltem naturaliter, quemadmodum nemo naturaliter novit interiora hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est; ergo quemadmodum Spiritus hominis, qui naturaliter novit profunda, & secreta hominis, intraneus est, ac ejusdem substantiae cum homine, non extraneus; ita Spiritus, qui cognoscit profunda Dei, sicut Spiritus hominis profunda hominis, a Deo alienus, eique extraneus non est, sed ejusdem substantiae cum Deo, & Deus est: *Ad non summa impietatis fuerit dicere, rem creatam esse Spiritum, qui in Deo est, & qui profunda Dei scrutatur? Nam qui ex mente est, fatetur utique cogitare, Spiritum hominis extra hominem esse, & Verbum, quod est in Patre, non item creatam esse.* Ita Sanctus Athanasius Epist. 1. ad Serapionem num. 22. Videte S. Ambrosium lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 13.

XI. Tertio probatur eadem fecunda pars. Sanctificare homines, adoperari, remittere peccata, insuper creare, ita propria Dei sunt, ut nulli creature veluti auctori principali tribui possint: ad haec omnia in Sacris litteris Spiritui Sancto tribuuntur; ergo &c. Minor pro prima parte probatur. Tum Roman. 1. v. 4. ubi vocatur Spiritus Sanctificationis. Rom. 8. v. 15. Spiritus adoptionis. Hebraeorum 12. v. 29. Spiritus gratiae. Act. 10. v. 45. in nationes gratia Spiritus Sancti effusa dicitur. Roman. 5. v. 5. Charitas Dei diffusa dicitur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Ad Titum 3. v. 5. 6. Solus nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum &c. Quare Athanasius Epist. 1. ad Serapionem num. 11. Barlaamius (inquit) dicitur esse, & Spiritus adoptionis, Spiritus Sanctificationis & Christi Spiritus. *At nunquam vel Angelus, aut Archangelus, aut Spiritus Ministerii, quales sunt Angeli, appellatus est.* E. S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto c. 5. creatura (inquit) sanctificatur; sanctificatur autem Spiritus Sanctus. . . . non ergo quiescunt sanctificatio, & creatura unius esse naturae. . . . sed ideo non potest gratia Sancti Spiritus, & creatura unius esse substantiae.

Tum etiam; nam Christus Matth. 28. v. 19. baptizari iussit sub hac forma, equaliter cum Patre, & Filio exprimentem Spiritum Sanctum: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Super que S. Ath. Ep. 3. ad Serapionem n. 6. ait: *Quod si Spiritus creatura esset, non eum cum Patre copulasset: non Trinitas sibi ipsi dissimilis esset, si extraneum quiddam, & alienum ipsi adjuveretur. Quid enim Deo deerat, ut quidquam diversae substantiae assumeret, & cum illo glorificaretur?*

At quia Macedoniani respondebant, Spiritum Sanctum, nominari quidem cum Patre, & Filio, sed tertio loco, utpote dignitate, atque ordine inferiorum.

Contra est primo. Nam Filius nominatur secundo loco & tamen iuxta ipsos non est secundus, nec inferior dignitate, & ordine, sed unus substantiae cum Patre: cur ergo erit inferior Spiritus Sanctus qui tertio loco nominatur? est quidem Trinitatis Persona ordine Tertio: *At in quaedam naturam veritatem a Filio & Patre quidem non fuisse nunquam didicimus* (ait S. Basilus lib. 3. adversus Eunomium n. 2.) *Nam cum res aut dicitur, Deitas, & creatura, Divinitas, & servitus, Potentia sanctificans, & quae tam ex arbitrio comparat; quae ipsi est sanctificatio. At inter eos, qui praclarior, ac egregior factoribus virtutem adepti sunt? At bonae naturae est. An inter eos, qui ministrant? At alii sunt Spiritus ministrantibus, qui ad ministerium mittuntur. Non ergo principalem naturam Spiritum fas est nobis conservum dicere, neque una cum creaturis numerare eum, qui in divina & beata Trinitate pariter numeratur.* Ita Basilus.

XII. Demum quod creare Spiritui Sancto conveniat, habetur Psalm. 32. v. 6. Verbo Domini Caeli firmati sunt & Spiritus

in oris ejus omnis virtus eorum. Pfal. 103. v. 30. *omnes Spiritum suum, & creantur.* Et Job 26. v. 13. Spiritus Domini creavit Caelos. Quare S. Athan. Epist. 3. ad Serapionem n. 5. *Cum hoc igitur scriptum sit, manifestum est, Spiritum non esse creaturam, sed in creando adesse. Pater enim per Verbum in Spiritum creat omnia, quoadquidem, ubi Verbum, illic & Spiritus: & quae per Verbum creantur, habent ex Spiritu per Filium vim existentiam. Ita enim scriptum est trigesimo secundo Psalmo, Verbo Domini Caeli firmati sunt, & Spiritus oris ejus omnis virtus eorum. Nimirum ista Spiritus indivisus est a Filio, ut ex supra dictis nullus sit dubitandi locus.*

§. III.

Macedoniam respondetur.

XIII. Obieciant primo. In Scripturis nullibi legitur, Spiritum Sanctum esse Deum: nullibi esse adorandum; ergo non est Deus.

Respondetur primo, disting. ant. nullibi expresse, ita ut haec propositio: Spiritus Sanctus est Deus, est adorandus, nullibi in Scripturis legitur, concedo antecedens. Nullibi implicite, & illative, nego ant. Ex hoc enim, quod Scriptura eodem modo loquatur de Spiritu Sancto, ac de Patre, & Filio; ex hoc quod ei tribuant, quae soli Deo conveniunt, ut probatum est, evidenter colligitur, Spiritum Sanctum esse Deum ejusdem substantiae cum Patre, & Filio.

XIV. Respondetur secundo, omisso antecedente, negando consequ. Non enim est necesse, omnia fidei dogmata in Scripturis exprimi; quoniam ex his, quae legitur, aliqua erit, quae non legitur, intelligimus. Ita S. Augustinus lib. 2. altat 3. contra Maximin. cap. 3. Obieci (inquit) mihi, quod dicitur, Spiritum Sanctum aequalem esse Filio. Dico plane, Da, inquit, testimonia, ubi adoratur Spiritus Sanctus. Ut video, hinc cum vis ostendi aequalem Christo, si adoratur ut Christus, Jam ergo confitens Christum Patri aequalem, quem tu ipse adorari confiteris ut Patrem. Quales autem homines esset, quae religiose humilitatis, qui Spiritum adorare non vultis, cum legisti, Littera occidit, Spiritus autem vivificat. Non vultis ergo adorare, quem vivificare animas non negatis, cum Pater Abraham homines adoraverit (Genes. 22. 2.) qui concesserunt ei monumentum, ubi poneret mortuus corpus uxoris. . . . sed da, inquit, testimonia, ubi adoratur Spiritus Sanctus: quasi non ex his, quae legitur, multa compuleris, ut ubi legitur, Deum ingeneratum, vel genitum? Et tamen veritatem Patrem, nec legit, nec verum est. Si autem Religiosem, quae colitur Deus, nec legit, nec verum cogitare, multo plus esse corerere, quod habet Spiritus Sanctus Templum, quam si cum legere adoratum. Et homines enim, sicut supra docui, a Sanctis nominis adoratos: Templicum vero non est factum ab hominibus, nisi ante vero Deo, sicut Salomon fecit, aut eis, qui pro die habuerunt, sicut gentes, qui ignorante Deum. Spiritus autem Sanctus, quod cum magno honore de Deo dictum est, non in manifestis templis habitans, sed corpus nostrum Templum est Spiritus Sancti. Et ne corpora nostra contemnas, membra sunt Christi. Quare ergo Deum, cui Templum adificatur, & a Deo, & de membris Dei? Ita egregie in Arriano perstringit & Macedonianum S. Augustinus.

XV. Audiendum quoque est S. Gregorius Nazianz. orat. 37. qui Macedonianum (in haereticum mos est) arguit, ut pro divinitate Spiritus Sancti scripturam afferret. Quatuor genera rerum posse considerari secundum morem, & usum Sacrae Scripturae, *Alia non sunt, sed dicuntur; ut cum Deus dicitur dormire, vigilare, irasci, proficisci, & pro throno Cherubim nos habere. Alia non sunt, sed dicuntur; ut cum Deus dicitur loci dicit continetur. Alia nec sunt, nec dicuntur; ut quod Deus fit improbus, phera fit quadrata, homo non fit compositus, praeteritum tempus fit praesens. Alia demum & sunt, & dicuntur: ut Deus, homo Angelus &c. Dicit ergo, ad secundum genus rerum pertinere divinitatem Spiritus Sancti; nimirum, quae est non dicuntur, ex his tamen, quae dicuntur sumptae sunt. Quod si Macedonianus hoc neget, sic eum redarguit ex his, quae fatetur: Undenam ut videret illos tuos Trinitatem, & Anarchem (hoc est principii experte) accepti, aut nos etiam immortales vocem? Hoc nominamus, & expresse ostendit, ac ea vel regitimus, quia in Scriptura non extant, vel expungimus. Argue ita tuismet ipse principii experte interitus, eversis nimirum tibi vocabulis illis, persequitque manibus, in quibus confidebas. Novus perspicuus est, hac de his sumpta esse, ex quibus colliguntur, tametsi minime dicantur. . . . Quid causa est, cur littera tantopere serviet, Judaeicaque Sapientia te ipsum adjuvans, relinquit te, syllabas confiteris?*

Deinde post multa sic dicitur: *si enim Spiritus adorandus non est: quomodo me Deum per Baptismum efficit? si autem adorandus; an non colendus, & venerandus? si porro venerandus; an non Deus? ut unum tui coheret, ac vere avara quaedam. & salutaris est hoc caetera.*

Quare autem divinitatem Spiritus Sancti non statim, sed processu temporis, & subobscure Deus in Scripturis revelaverit, dixerat citato loco Nazianzenus: Deus enim erga homines se gerit, sicut pädagogus, & medicus, qui non statim pueris, & infirmis omnia tradunt, sed succedive, secundum eorum capacitatem. Propterea Verus Testamentum Patrem aperte praedicant, Filium obsecravit, Novum autem nobis Filium praedicant, & Spiritus divinitatem subobscure quodammodo indicant.

vit. Nunc vero Spiritus ipse nobiscum versatur, seque nobis aperitur declarat. Neque enim eum erat, Patri divinitate nondum confessa, Filium aperte praedicare, nec Filii divinitate nondum admitta, Spiritum Sanctum velut graviosem quamdam (si ita loqui fas est) sarcinam nobis ingeri: ne alioqui velut cibis ultra vires gravari, ac solis radiis habere calorem adjicientes, ita quoque, quibus praediti eramus, viribus periclitaremur. Qui deinde profequitur, ostendens, Christum non statim a principio omnia Apolos docuisse, sed paulatim, ac successively, & de Spiritu Sancto doctrinam quam altiore, postquam reliquae: habebat (inquit) quidem Salvator, quae a discipulis tunc aliqui multiplici doctrina impleverunt, tunc tamen portari posse negabat. Ac rursus dicitur, fore, ut ab adventu Spiritus omnia edocerentur. Ergo unum ex eorum numero esse censio ipsum Spiritum Sancti Deitatem, in posterum aperte declarandum: cum videlicet, cum, jam post Salvatoris in integrum restituerentur, natura & perceptibilis esset ipse Spiritus, utpote cui, ob tam insignem miraculum, fas non jam abrogaretur.

XVI. Ita quoque respondet S. Basilus lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 29. his verbis: *Si nihil aliud est receptum absque Scripturae, ne hoc quidem recipitur. Sin plurima arcanis circa Scripturam a nobis reperit sunt cum alio pluribus etiam idem admittant. Arbitror autem, Apostolicum esse, etiam non scripti tradidimus inchoare. Responso haec continet doctrinam de Traditionibus, quae Imbutus studiosus Lector occurrere poterit Profectionibus, nisi quod scripum est admittere volentibus; ideoque in ea aliquantisper immorari oportuit.*

XVII. Obieciant secundo. In plurimis Sacrae Scripturae locis Patris, & Filii fit mentio, immo nonnunquam & Angelorum, nulla vero Spiritus Sancti: non ergo est Persona distincta a Patre, & Filio, sed sola Dei summi energia.

Retorqueo argumentum. In plurimis Sacrae Scripturae locis nominatur Deus, quia ulla Filius mentio habetur; ergo Filius non est Persona distincta, sed ipsum Dei summi sapientia. Retorqueo secundo ex S. Basilio lib. 5. contra Eunomium. In pluribus Scripturae textibus nominatur Spiritus Sanctus nulla facta mentione Filii, quos S. Basilus ibi producit; ergone Filii non est aut non est a Spiritu distinctus?

XVIII. Respondetur ergo, non oportere, ut dum unus, vel alterius Personae mentio fit, omnium expresse fiat. Cum enim natura identitate unum sint, dum una nominatur, nominari censetur omnes; maxime quia eorum opera ad extra, indivisa sunt, sicut indivisa est potentia: Etenim Sicut qui benedicit in Christo, benedicitur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quia unum nomen, potestas una ita etiam ubi operatio aliqua divina, aut patris, aut Filii, aut Spiritus designatur, non solum ad Sanctum Spiritum, sed etiam ad Patrem referatur, & Filium: nec solum ad Patrem, sed etiam ad Filium referatur & Spiritum. Ita Sanct. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 3.

XIX. Obieciant tertio. De Spiritu Sancto dicitur Jo. 16. v. 13. & 14. *Non enim loquatur a semetipso, sed quaecumque audierit loquatur, & quae ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de me accipiet, & annuntiabit vobis: Sed qui a semetipso non loquitur, qui ex tantum loquitur, quae audit deum dedecet; ergo Spiritus Sanctus non est Deus.*

Retorqueo infantiam S. Basilus lib. 5. contra Eunom. *Quod Filius a seipso loquitur* (Joann. 12. v. 41.) *sed qui me misit Pater, inquit, ille mihi dixit, quid dicam, & quid loquar; ergo nec Filius est Deus, sed Legatus Patris, quod tamen Macedoniani negabant.*

XX. Respondetur ergo, Spiritum Sanctum sicut & Filium, a semetipso non loqui, sed qui audient loqui &c. non quia Patris Legati sint; sed quia scientia eorum, esto eadem sit cum scientia Patris, eam tamen habere acceptam a Patre, sicut, & esse: *Quid est ergo, non enim a se loquitur? Hoc est non sine me loquitur, qui loquitur veritatem. . . . non sine Patre loquitur, quia Dei Spiritus est. Non a se audit, quoniam ex Deo omnia. Omnia accepit a Patre Filius, quia ipse dixit: Omnia mihi tradidit Pater a Patre meo. Omnia Patris habet Filius, quia in eum ait: Omnis qui pater habet, mea sunt. Et qui accipit ipse per unitatem naturae, ex ipso per eandem unitatem accipit & Spiritus. . . . Quod ergo loquitur Spiritus, Filii est: quod dedit Filius, Patris est. Ita nihil a se aut Filius loquitur, aut Spiritus, quia nihil extra se Trinitas loquitur.* Hec D. Ambros. lib. 2. de Spiritu Sancto c. 12. Unde & S. Augustinus tract. 99. in Joann. Ab illo (inquit) audit a quo ergo haec Processus, loquitur? Dicit enim, quae Patris ingenua sit, est a semetipso, sed ab illo, a quo procedit, a quo illi est essentia, ab illo scientia: ab illo igitur audientia, quod nihil est aliud quam scientia.

Divus autem Basilus lib. 5. contra Eunomium laudato, ex hoc quod Spiritus Sanctus nihil a se loquitur, probat, eum non esse creaturam dicens: *hoc namque vere ostendit Spiritum non esse creaturam: quoniam rationales omnes creaturae modo a seipso loquuntur, modo ea, quae Dei sunt. Et infra: Non enim modo sua, modo quae Dei sunt (Spiritus) loquitur, id namque pertinet ad creaturam. Verum omnia Spiritus verba, Dei oracula sunt; similiter & Filii dicta. Quapropter ne Filius quidem a seipso loquitur: Qui enim misit me Pater, inquit, ille mihi dixit, quid dicam, & quid loquar, non quod disceret: hoc enim imperfecti erat, & nescientis; sed quod quaecumque Pater loquitur, per Filium in Spiritu loquitur.*

XXI. Obieciant quarto. Spiritus Sanctus ex dictis 1. Cor. 2. v. 10. *Omnia scrutatur etiam profunda Dei; ergo non est Deus: qui enim scrutatur, signum est, non habere clarissimam, & perfectam cognitionem rerum.*

Respondetur, Spiritum Sanctum dici scrutari profunda Dei, non pro ut scrutari inquisitionem significat eorum, quae occulta sunt, & ignota; sed pro ut idem est, ac penetrare, & comprehendere nosse, ita ut nihil lateat. Sic Deus, cui cordium nostrorum explorata sunt arcana, Psal. 7. v. 10. dicitur: *scrutatus corda, & renes Deum.* Sic in Deo ponitur consilium; non ut dicit incertitudinem inquisitionis, sed certitudinem iudicii. Hinc Ambrosius lib. 2. de Spic. Sancti. cap. 11. Similiter ergo (inquit) scrutatur est Spiritus Sanctus ut Pater; similiter scrutatur, ut Filius, cuius proprietate formam id exprimitur, ut videatur nihil esse, quod nesciat, quem nihil praeterit.

XXII. Obieciant quinto. Spiritus Sanctus postulat pro nobis gemitibus inconvertibilibus (Rom. 8. v. 26. & 27.) Secundum Deum postulat pro Sanctis: sed gemere, orare, postulare Deo non convenit; ergo &c.

Respondetur cum S. Augustino collat. cum Maximino Ariano, & alibi, Spiritum Sanctum dici postulare, gemere, quia postulantem, ac gementem nos facit: *Sic enim dicitur esse, gemitibus interpellat, ut intelligeremus: gemitibus interpellat nos facit. Adest enim nobis, & infundendo charitatem nobis, facit nos interpellare gemitibus. Denique alio loco cum dicit Apostolus clamantem Abbas, Pater; alio loco dicit: Id quo clamamus Abbas, Pater: exposuit, quid sit, clamantem Abbas, Pater, dicendo: In quo clamamus. Ac per hoc quid est clamantem, nisi clamare facientem? Do exemplum locutionis hujus. Nonne Deus est omnium praesens futurorum? Quis hoc negabit infans? Tamem ait Apostolus (Galat. 4. vers. 9.) Nunc autem cognoscens Deum, immo cognovit a Deo. Si nunc eos cognovit Deus, non eos noverat. . . . Sed sic dixit, nunc autem cognoscens Deum, immo cognovit a Deo, ut intelligerent, Deum fecisse in eis cognitionem suam. . . . Quid est cognovit a Deo? cognoscere suos Deus vos fecit. Deus vobis dedit, ut cognoscatis. Quomodo est & illud Domini: Nunc cognovit quoniam timeas Dominum. . . . Sed quid est nunc cognovit? id est nunc cognoscere se fecit. Ita S. Augustinus, addens, quod facit Spiritum Sanctum semper gementem, esse eum facere semper miserum: *Quid enim est aliud semper gementem, quam semper miser? Ideo nos gemimus, quia miser sumus. Et concludit: Gratias Spiritui Sancto, quia charitatem aeterni saeculi facit nos gemere, propter quod dicitur est gementem: Facit nos clamare, propter quod dicitur est; clamans; facit nos cognoscere Deum, propter quod dicitur est; immo cognovit a Deo; Facit Abraham Deum cognoscens, propter quod dicitur est nunc cognovit. Addit S. Thomas in hunc Pauli locum lect. 5. quod si ex eo, quod dicit eum postulare, intelligimus, eum esse passibilem creaturam, & Patre minorem; consequens est etiam, quod ex eo, quod dicit gemitibus postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturam beatitudinis carentem, quod nullas anquam habiturus dicit. Nam gemitus ex dolore est, qui ad miseriam pertinet. Quare ex SS. Augustino, & Thoma textus iste Macedonianis non faveret.**

XXIII. Sed dices. Si dicitur Spiritus Sanctus postulare pro nobis, quia facit nos postulantem; pari ratione dici poterit, Patrem pro nobis postulare, quia & ille postulare nos facit: At hoc pia aures non sustinent; ergo &c.

Resp. negando sequelam. Sicut enim ea tantum Persona mitti dicitur, quae accipit ab alia, ut faciat homines postulantes. Mitti, & postulare respicit alterum, a quo, vel accipitur aliquid, vel expectatur. Quod Patri convenire non potest, bene tamen Spiritui Sancto.

XXIV. Obieci potest sexto. Si Spiritus Sanctus Deus est, aut ingentis est, aut genitus: Si ingentis; ergo erunt duo principii expertes. Si autem genitus, aut ex Patre; aut ex Filio: si ex Patre; ergo erunt duo Filii & Fratres. Si ex Filio; ergo Deus nepotem habebit.

Resp. neg. utramque partem disjuncti. Etenim inter genitum, & ingentum datur medium, nempe pure procedens, quod Spiritus Sancti character proprius est; quia a Chaisio notatur. Audiamus Nazianzenum orat. 37. citata, ubi Macedonianum non admittentem medium inter ingentum, & genitum, ita perstringit: *Ubi enim quae, ponet id, quod procedit, quod quidem inter duas divinitates sua partes interjectum esse constat, atque a Theologo multo te praestantior, nimirum a Christo introduitur? nisi forsasse vocem illam propter terram tuum Testamentum ex Evangelio sustulisti, Spiritus Sanctus, qui a Patre procedit: Qui quatenus ab illo procedit, creatura non est. Quatenus rursus genitus non est, Filius non est. Quatenus autem inter ingentum, & genitum medium est, Deus est. Quae est ergo haec Processus, loquitur? Dicit enim, quae Patris ingenua sit, est a semetipso, sed ab illo, a quo procedit, a quo illi est essentia, ab illo scientia: ab illo igitur audientia, quod nihil est aliud quam scientia.*

Demum notat, quod esto Veterum Patrum aliqui Spiritum Sanctum Deum esse retineant, & quadam oeconomia ejus divinitatis nomen suppresserint, ipsum tamen esse Deum confessi sunt; dum semper eum creaturam esse negarunt; dum ejusdem substantiae cum Patre & Filio esse dixerunt; dum ea, quae solius Dei sunt propria, ei tribuerunt, ut satis superius ostensum est.

DUBIUM V.

De existentia Trinitatis cognosci posse.

S. I.

Resolutio Dubii.

IN duplici sensu procedere potest questio. Primo, an ratione naturali haberi possit cognitio existentie Trinitatis, sive explicita, & distincta; sive implicita, nempe in alio, ex quo deduci possit. Secundo, an supposito, quod sola revelatio notitia Trinitatis haberi possit; hanc notitia aliquibus exemplis petitis ex rebus creatis possit illustrari.

II. Dico primo. Per rationem naturalem nullam de existentia Trinitatis cognitionem, sive explicitam, sive implicitam possumus comparare. Hanc veritatem manifestavit Christus Matth. 11. v. 27. Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem qui novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare: Quod repetit: Joann. 6. v. 46. & 7. v. 28. & 8. v. 19. & 10. v. 15. Quare Matth. c. 16. cum Petrus confessus fuisset, Christum esse Filium Dei vivi, statim ei dixit v. 17. Beatus es Simon Bar-Jona: quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in Caelis est. Non ergo (inquit Chrysol. homil. 55. in Matth.) possumus aliunde cognoscere Filium, quam a Patre, nec Patrem aliunde, quam a Filio. Et D. Augustinus enumeratis variis ratiociniis, quibus ex hisce inferioribus contrariis possumus ad cognitionem Trinitatis acquirendam, concludit (lib. 17. de Trinit. c. 6.) Et ecce jam quantum necesse fuerat, aut forte plusquam necesse fuerat, exercitata in inferioribus intelligentia, ad summam Trinitatem, qua Deus est, conspiciendam nos erigere volumus, nec volumus.

III. Hanc veritatem docet D. Thom. 1. p. 2. q. 32. art. 1. cuius hinc est ratio. Homo per rationem naturalem in cognitionem Dei pervenire non potest, nisi ex creaturis, quae sunt effectus Dei, quia omnis effectus demonstrat existentiam suae causae; ergo ex creaturis hoc solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod ei convenit, quatenus est omnium entium principium: sed Deus est omnium entium principium, non quatenus Trinus, seu per ea, quae pertinent ad Trinitatem, seu pluralitatem Personarum, sed quatenus unus, seu per ea, quae pertinent ad unitatem essentiae; virtus enim creativa una est, & communis toti Trinitati; ergo per rationem naturalem possumus quidem cognoscere de Deo ea, quae pertinent ad unitatem essentiae, non autem ea, quae pertinent ad distinctionem Personarum.

IV. Confirmatur. Veltigium, seu effectus non indicat existentiam suae causae, nisi secundum eam rationem, sub qua ab eo procedit: qui enim videt veltigium ab homine relictum, ex eo cognoscit quidem, illac hominem transisse, non vero hominis conditionem, qualitates, & alia, secundum quae homo non inpressit veltigium: & qui videt artefactum, etiam accurate illud contempletur, non dignoscit parvitatem, vel magnitudinem molis, vicia, aut virtutes, indumenta, aut alia accidentia artificis, quia ex taliu, nisi iuxta artefactum ab artefacte non procedit, sed solum cognoscit perhiam illius artificis, ex cuius influxu procedit artefactum. Cum ergo creaturae non procedant a Deo, ut Trino, quia secundum quod Trinus, nihil agit extra se; sed a Deo ut uno, omnipotentem in finitudo bono, iusto &c. indicabunt quidem, Deum esse unum, omnipotentem &c. non tamen esse trinum in Personis.

Addo, quod creaturae ducunt potius in cognitionem ejus quod est Mysterio Trinitatis contrarium. Cum enim in universa creatura reperitur, unius naturae esse solum unum suppositum; si ex naturis creatis vellemus ascendere ad divinam, concluderemus potius, quod Deus sicut in natura unus est, ita unus sit in Persona, non Trinus.

V. Quapropter D. Th. laudatus dicit, quod qui probare nititur Trinitatem Personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primo quod dignitatis ipsius fidei, quae est, ut sit de rebus invisibilibus, quae rationem humanam excedunt. Hebr. 11. Fides est de non apparentibus. Et 1. Cor. 2. ubi vocatur sapientia non hujus saeculi, neque Principum hujus saeculi, sed sapientia in mysterio, qua abscondita est. Secundo derogat utilitati trahendi alios ad fidem: Cum enim aliquis ad probandum solum inducit rationes, qua non sunt cogentes, credit in impressionem Insuperbiae. Credunt enim, quod hujusmodi rationibus inveniuntur, & propter ea credunt.

VI. Ceterum est ratione naturali probari non possit dari, aut esse possibile Mysterium Trinitatis, nulla tamen ratione naturali demonstrari potest, hoc Mysterium esse impossibile. Nam haec veritas: Mysterium Trinitatis est possibile, est necessario vera; ergo ista: Mysterium Trinitatis est impossibile, est falsa; quia vero non opponitur nisi falsum.

Hinc D. Th. 1. Contra Genes. 220 cap. 7. offendit, quod veritati Fidei Christianae non contrariatur veritas rationis, quia verum non contrariatur vero, sed solum falsum. Ex quo concludit: Evidenter colligi, quaecumque argumenta contra fidei documenta ponantur, haec ex principiis primis naturae inditiss per se nota non posse procedere; Unde nec demonstrationem vim habent; sed vel sunt rationes probabiles, vel sophisticae: & sic ad ea solvenda locus relinquatur. Hinc Bannes ad hunc articulum, & alii, dicunt, omnia argumenta, quae fieri possunt contra veritatem hujus mysterii, esse evidenter solubilia: non quia evidenter ostendit fidei veritas, aut opposita falsitas; sed quia quocumque in contrarium prolato, semper potest reddi ratio, illud non concludere, & proinde non esse admittendum.

VII. Dico secundo. Supposito, quod quis fide revelante di-

dicerit, dari Trinitatis mysterium, seu Deum esse in Personis trinam, potest aliqua licet valde aequivoca, & imperfecta in rebus creatis invenire exempla, quibus illud aliquantulum explicet; protestando semper, maxime si cum Infidelibus agat, se hoc non facere animo demonstrandi, nec se ob illa exempla ad constituendum tantum Mysterium adduci.

Primum exemplum praebet S. August. lib. 9. de Trinit. c. 4. in anima, quae una substantia est, & in ea tria sunt; mens, notitia ejus, & amor sui. Igitur (inquit) ipsa mens, & amor, & notitia ejus tria quaedam sunt, & haec tria unum sunt; & eum profecta sunt, aequalia sunt.

Secundum asseritidem S. Doct. lib. 15. de Trinit. c. 11. in memoria, intelligentia, & amore (quod indicaverat etiam lib. 2. c. 7.) quae in eadem anima reperiuntur. Memoria enim aliud non est, quam continuata notitia; Cogitatio, vel Intelligentia est actus, quo quis advertit ad id, quod mente revolvit; Amor est motus ad fruemdum, & utendum ea re, de qua cogitatur. Dum autem mens de re aliqua cogitat, format in se verbum simile in forma, quae intelligit; & sic dum Pater seipsum cogitat, ut revera semper cogitavit, & cogitabit semper, generat Verbum omnino sibi simile; quia verbum est omnino simile rei cognitae, cum res perfecte cognoscitur. Praeterea enim, quae seipsum amat; aut sui verbum formavit, movetur, ut illo verbo utatur, aut fruatur: proindeque producit amorem, ac impulsium, qui produciunt quidem, sed non pariter; solum enim verbum pariter est mentis. Sic ergo Pater, & Verbum movetur ad sui fruiendum, & produciunt Spiritum Sanctum, ut impulsium, quo mutuo se amant, qui procedens est, at non genitus. Haec aliaque adduci possent, sed quae diffunderet; Tria enim haec in anima quidem sunt, at anima non sunt. Tria haec in una Persona funt, at tres Personae non sunt: affectiones, & accidentia funt, substantia non sunt: Ego per omnia illa tria memini, ego intelligo, ego diligo, qui nec memoria sum, nec intelligentia, nec dilectio, sed haec habeo. Ita ergo dicitur sum ab una Persona, quae habet haec tria, non ipse est haec tria, in illa quo summa simpliciter natura; qua Deus est, quomodo unus sit Deus, tres tamen Personae sunt, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Verum in illa summa Trinitate, quae incomparabiliter rebus omnibus antecellit, tanta est inseparabilitas, ut cum Trinitas hominum non possit dici unus homo, in illa unus Deus dicitur, & sic. Nec in uno Deo sit illa Trinitas, sed unus Deus. Nec rursus quomodo modum ista imago, quod est homo habens illa tria, una Persona est, ita est illa Trinitas: sed tres Personae sunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & Spiritus Patris, & Filii. Hactenus S. August. lib. 17. de Trinit. cap. 22. Videatur contra sermon. Ariariorum cap. 16.

S. II.

Solvuntur argumenta.

VIII. PRIMO obicitur contra primam asseritionem. Homo factus est ad imaginem, & similitudinem Trinitatis: Faciamus (dixerunt tres divinae Personae Gen. 1. v. 26.) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: at qui naturaliter dignoscit imaginem, naturaliter dignoscit etiam eum, cuius est imago; ergo &c.

IX. Respondet, dist. min. Qui naturaliter dignoscit imaginem, ut imago est, naturaliter &c. conc. min. Imaginem materialiter, non ut imago est, &c. non min. Aliud est videre imaginem, aliud videre per imaginem: ad hoc enim necesse est videre habitudinem imaginis ad suum prototypum, seu imaginem ut representativam, sicut aliud est videre speculum, aliud videre per speculum. Naturali ergo lumine cognoscimus hominem, qui est imago Trinitatis; at tamen cognoscimus hominem, ut imaginem; vel ut dicitur habitudinem ad Trinitatem, quae in eo representatur, necesse est, ut fide credamus dari Trinitatem, & quod homo ad imaginem illius factus sit. Ita S. Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 24. qui exponens illud Pauli 1. Cor. 11. v. 12. videmus nunc per speculum, dicit: Non enim ait Apostolus: Videmus nunc speculum: sed videmus per speculum. Qui ergo videt suam mentem, quomodo videt potest, & in ea Trinitatem istam, nec tamen eam credunt, vel intelligunt esse imaginem Dei, speculum quidem vident, sed usque adeo non vident per speculum, qui est per speculum nunc videndum, ut nec ipsum speculum, quod vident, sciunt esse speculum, id est imaginem.

X. Respondet secundo cum D. Th. 1. p. 2. q. 93. art. 3. hominem esse imaginem, quae plus dissimilitudinis habet, quam similitudinis; ideoque nisi fides ei ostendat Trinitatem, quae est in homine, esse ad imaginem Trinitatis divinae, ex illa nunquam perveniet ad cognitionem illius: Maxima (inquit D. Thomas) est dissimilitudo hujus Trinitatis, quae est in nobis ad Trinitatem divinam, & ideo ut ipse huiusmodi dicit (S. August. lib. 15. de Trinit. cap. 6.) Trinitatem qua in nobis est videmus pariter, quam credimus. Deum vero esse Trinitatem credimus pariter, quam videmus.

XI. Sed dices. Quilibet effectus Dei assimilatur Deo solum imperfecte, ac cum maxima deficientia, & tamen facit nos cognoscere existentiam Dei ut unius; ergo licet homo sit imago imperfecta Trinitatis, poterit nos ducere in cognitionem Trinitatis.

Respondet, dist. antecedens. Facit cognoscere ratione dependentiae, quam habet a Deo, ut uno, conc. ant. ratione similitudinis, nego ant. & consequentiam. Effectus enim, praesertim causae aequivocae, ducit in cognitionem existentiae suae causae, non ratione similitudinis, sed ratione dependentiae; hanc autem habet a Deo uno quilibet effectus etiam vilissimus, ideoque Deum unum, creatorem &c. demonstrat. At homo non potest Trinitatis existentiam ostendere ratione dependentiae; non enim nullus effectus creatus dependet a Deo, quia Trino: nec ratione similitudinis, quia etiam ad imaginem Trinitatis fit, cum tamen sit adeo imperfecta, & deficientis, & deficientis, non potest eam demonstrare, nisi fides dicat, Trinitatem, quae est in homine, esse imaginem Trinitatis, quae est in Deo: sicut si aliquis inepte pingat Aquilam, talis pictura non ostendat Aquilam esse; nisi quis dicat, Aquila exiit, & haec est imago Aquilae.

XII. Obicitur secundo: Philosophi Gentiles non pervenerunt ad cognitionem Dei, nisi per rationem naturalem: sed multi ex illis aliqua de divina Trinitate dixerunt; ergo &c. Min. prob. primo. Aristoteles in 1. de Caelo & mundo text. 2. ait: Per hunc numerum (scilicet ternarium) adhibimus nos ipsos magnificas Deum unum, eminentem proprietatibus eorum, quae sunt creaturae.

Secundo, Aug. dicit lib. 7. Confess. cap. 9. se legisse in libris Platoniorum, multis, & multiplicibus suaderi rationibus quod in principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; quibus verbis distinctio Personarum divinarum traditur.

Tertio dicitur in Gloss. Rom. 1. & Exod. 8. quod Magi Pharaonis defecerunt in tertio genio, id est in notitia tertiae Personae, scilicet Spiritus Sancti, & sic ad minus duas cognoverunt.

Quarto, Trimegillus in Pimandro dial. 4. dixit: Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem. Per quod videtur generatio Filii, & processio Spiritus Sancti indicari.

XIII. Respondet ex D. Thoma 1. part. 2. q. 32. art. 1. cuius hoc est primum argumentum, quod Philosophi Gentiles non cognoverunt Trinitatem Personarum per propria, quae sunt Paternitas, Filio, & Processio; sed cognoverunt quaedam essentialia attributa, quae appropriant Personis, sicut potentia Patri, Sapientia Filio, Bonitas Spiritui Sancto. Hinc etiam esse numerum perfectum; ideoque antiqui eo utebantur in sacrificiis, & orationibus.

Ad primum dico, Aristotelem magnifice numerum ternarium esse numerum perfectum; sed solum velle, in sacrificiis, & orationibus. Ad secundum dico, quod Platonici suadebant rationibus, in Principio fuisse Verbum, &c. non ut exprimit Personam genitam in divinis; sed ut dicit rationem idealem omnium, per quam Deus omnia condidit, quae Filio appropriatur.

Ad tertium, Magi Pharaonis dicitur defecisse in tertio, non quia primam, & secundam personam Trinitatis cognoverint, & non tertiam; sed quia cum cognovissent potentiam, & Sapientiam Dei, quae primae & secundae Personae tribuuntur, defecerunt in cognitione bonitatis Dei, quae attribuitur tertiae, dum cognoscunt Deum, non sicut Deum glorificaverunt. Vel quia Platonici ponebant duo, nempe unum principium ens, quod vocabatur Patrem universalitatis rerum; & consequenter ponebant aliam substantiam fibi eo, quam vocabant mentem vel intellectum, in quo erant rationes omnium rerum, tertiam autem substantiam non ponebant separatam, quae videretur correspondere Spiritui Sancto. Nos autem non ponimus tres divinas Personas secundum substantiam differentes (sic enim eas ponebant Origenes, Arius, & alii sequentes Platonicos); sed ponimus eas unius substantiae, quamvis personali proprietate distinctas; & hoc est Mysterium ad quod naturalis ratio non pervenit.

Ad quartum dico, quod Trimegillus dicitur: Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem, non ut referendum ad generationem Filii, vel processionem Spiritus Sancti, sed ad productionem mundi. Nam unus Deus produxit unum mundum propter sui ipsius amorem. Ita ex D. Thoma.

XIV. Respondet etiam potest cum illis, plures ex Philosophis Gentilibus notitiam aliquam Trinitatis accipere potuisse per traditionem, quae ab Adam usque ad Noe, & ab isto usque ad Abraham propagata, ab Abrahamo autem & Moysse Philosophis Aegyptiis fuit communicata; a quibus Sapientes Graeci, maxime vero Orpheus, Pythagoras, & Plato enim accipere poterunt. Praesertim vero Plato, quem refert Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum, sicut & Pythagoram, & Socratem multa ex libris Moysi audivisse. Et S. Aug. lib. 2. de doctr. Christ. c. 28. Platonem dicit peregrinatum in Aegyptum, Jeremiam, qui ibi tunc erat, & ab eo multa de Libris sacris didicisse. Et quamvis lib. 8. de Civit. Dei cap. 11. hanc opinionem retractet, cum compunctus anorum non concordet; dicit tamen, contingere potuisse, Platonem, qui fuit accersit fustis, sicut Aegyptiam, ita & Hebraicam linguam in Aegypto discere potuisse, aut saltem per interpretem aliqua ex factis Libris haurire, quae in suam posse Philosophiam transferret.

Addit alii, tamen cognitionem excerpere etiam potuisse ex Sybillarum dictis, & scriptis, maxime Erithrae, quam fides vaticinatum multa de Christo refert S. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei cap. 23. confirmans testimonio Lactantii lib. 4. Instit. cap. 18. & 19. Has autem in premium Virginitatis luminis prophetice fuisse a Deo donatas, testatur S. Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum.

Mitto alios volentes, potuisse eiusmodi Philosophos aliqua Trinitatis cognitione imbui per ipsos quatuor Demones, quibus ante lapsum hoc Mysterium fuerat revelatum. Nec mirum hoc videri debet: ad id enim moveri poterant Demones, vel a bonis Angelis, vel ab ipso Deo, qui interduerit ore falsitatis jubet prodire veritatem; vel ex ipsa Daemonum malitia, ut nimirum fidem divinitatis labefactarent. Nam trium Personarum fidem ingentes facile poterant inducere eos ad credendum, tres quosque Deos esse, nempe personam, sed substantia diversos. Quomodoque sit: Philosophi Gentiles

vel de Trinitate nullam notitiam habuerunt, ut sentit D. Th. vel si aliqualem habuerunt, eam non ratione naturali adepti sunt, sed ex doctrina eorum quibus fuerat revelata. XV. Tertio obicitur, Richardus de S. Vict. lib. 1. de Trin. cap. 4. dicit: Credo sine dubio, ad quaecumque explanationem veritatis non modo probabilia, immo etiam necessaria argumenta non desini; ergo &c.

Hoc confirmatur primo. Probant enim aliqui, Trinitatem Personarum esse infinitate bonitatis divinae. Cum enim Deus sit infinite bonus, & infinite bonum fit infinite communicativum sui, & haec infinita communicatio non possit fieri extra Deum; sequitur, quod fiat intra Deum per processionem divinarum Personarum.

Secundo. Quia cum nullus boni sit jucunda possessio sine consortio, loquitur, Deum summe beatum, & jucunde summum bonum possidentem, non esse solitariu, sed consortium habere divinarum Personarum.

Tertio D. Aug. lib. 10. de Trin. cap. 11. & 12. lib. 9. c. 4. & alibi probat Trinitatem ex processione verbis, & amoris in nobis, seu in mente nostra.

Tandem D. Thomas 1. part. 2. q. 27. art. 1. processionem Verbi probat hoc ratiocinio. Quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit producit verbum intra se: sed Deus est intelligens; ergo Deus produxit verbum.

XVI. Respondet ex D. Thoma citata q. 32. 1. p. 2. t. ad 2. Quod ad aliquam rem dupliciter inducitur ratio. Uno modo ad probandum sufficienter aliquam radicem: sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficienter ad probandum, quod motus Caeli semper sit uniformis velocitatis. Alio modo inducitur ratio, non quae sufficienter probet radicem, sed quae radicem postea ostendat congruente consequentes effectus: sicut in astrologia ponitur ratio eccentricorum, & epicyclorum ex hoc, quod haec possessio facta possunt saltem appropinquare sensibilibus circa motus Caeli: non tamen ratio haec est sufficienter probans, quia etiam fieri alia possessio facta saltem potest. Prima ergo modo potest inducitur ad probandum Deum esse unum, & similia. Sed secundo modo se habet ratio, quod inducitur ad manifestationem Trinitatis, quia scilicet Trinitate posita, congruunt hujusmodi rationes, non tamen ita, quod per has rationes sufficienter probetur Trinitas Personarum.

Unde ad primam respondet, non sufficienter probare. Bonitas enim infinita Dei manifestatur etiam in productione creaturae, quia infinita virtutis est ex nihilo producere. Non enim oportet, si infinita bonitate se communicat quod aliquod infinitum a Deo procedat, sed secundum modum suum recipiat divinam bonitatem. Similiter etiam (ad secundam) Quod dicitur, quod sine consortio non potest esse jucunda possessio alienius boni, locum habet, quando in una Persona non invenitur perfecta bonitas. Unde indiget ad plenam jucunditatis bonitatem bono alienius alterius consortiarii sibi.

Neque tertia. Similitudo enim intellectus nostrum sufficienter probat aliquid de Deo, propter hoc, quod intellectus non nisi inveniatur in Deo, & in nobis. Et inde est quod Augustinus super Joannem (tract. 27.) dicit, quod per fidem venitur ad cognitionem, & non e converso. Hactenus D. Thom. Hinc ratio, quam ipse adducit loco citato ad probandum processionem Verbi, non inducitur ad probandum radicem, sed haec nimirum processio verbi, posita per fidem, ostendit congruere, ut fiat eo modo, quo verbum procedit. Ceterum est nimis dissimilis processio verbi in nobis, ac sit in Deo. Nam in nobis verbum procedens est accidentale, & non est in esse naturali res intellecta: in Deo est substantiale, & natura Deus. In nobis verbum procedit ex indigentia, ut in verbo intelligamus; in Deo procedit ex abundantia & quia perfectissime intelligit. Ex quomodo ex processione verbi in nobis non concluditur processio Verbi in Deo, immo potius oppositum.

XVII. Quarto obicitur. Non minus est supernaturalis Deus ut unus, quam ut trinus: sed Deus ut unus potest ratione naturali cognosci; ergo etiam Deus ut trinus. Respondet, dist. maj. Deus ut unus in ratione cognoscibilis quoad quid est, quae est, conc. min. maj. in ratione cognoscibilis quoad an est, nego maj. Deus ergo ut unus licet entitativo & quoad quid est, sive ut in se, supernaturalis sit, ideoque quidditativo; & ut in se est nequeat cognitione naturali cognosci; in ratione tamen cognoscibilis quoad an est, non est determinate supernaturalis; quia hujusmodi cognoscibilis non fundatur in entitate Dei; ut in se est, sed ut dicitur habitudinem, & connexionem quae effectibus; quos effectus demonstrant esse suae causae. Cumque Deus ut unus, cui convenit esse causam, nedum dicat connexionem, & habitudinem ad effectus supernaturalis, sed etiam ad naturales; ideo ex effectibus naturalibus cognoscibilis est existentia Dei ut unus. At Deus ut trinus, & in se supernaturalis est, & cum nullo effectu naturaliter cognoscibilis; immo cum nullo extra Deum, connexionem habet: propria enim Personarum (inquit D. Thom. q. 10. de verit. art. 12.) sunt relationes, testatur S. Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum.

XVIII. Quinto obicitur. Effectus ad extra ponuntur a tota Trinitate, cuius indivisa sunt opera ratione naturae, & potentiae communis; ergo si ratione naturali cognoscitur natura, & potentia communis, cognoscitur tres personae, in quibus est sicut qui cognosceret virtutem spiritivam communem Patri, & Filio, cognosceret Personam Patris, & Filii.

Confirmatur. Qui cognoscit Deum unum, seu divinam naturam esse, cognoscit saltem implicite Trinitatem, quia cognoscit id, in quo est Trinitas, seu id quod est Trinitas.

XIX. Res.

